

www.e-rara.ch

**Specimen rei numariae, quo, cum prolegomenis de occasione, scopo,
ordine et usu thesauri universalis numismatum, observationes,
doctissimorum virorum de numismatis Graeci praestantia, usu, raritate ...**

Gessner, Johann Jakob

Tiguri, 1735

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 7.12: a | F

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-88320>

Numismata regum Parthorum vulgo Arsacidarum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

III: 12. Idem: Eadem epigraphe, Jupiter fellæ infidens, d. aquilam, f. hastam tenet. Patini Num. Imperat. p. 24. Æ 2.

20. Haud vero inquit Ill. Spanhemius l. c. p. 317. ita liquidum, quid de ectypo sequentis nummi statuendum sit, qui incredibilis venustatis è Gaza Palatina in Regiam Brandeburgicam transiit: quemque alii è gemma expressum credunt; & quo quidam non jam Antonii, sed Julii & Cleopatrx filium *Cæsarionem*, alii vero *Antonium*, alii rursus quem volunt aut fingunt (apertus enim hic conjiendi campus) signatum arbitrantur. Ill. Spanhem. de Usu Num. Tom. II. p. 317.

19. ANTON. AUG. IMP. III. COS. DES. III. III. V. R. P. S. Caput Antonii nudum, M. ANTONIUS M. F. . . . Caput Antonii Filii. ex *Seguini Nummis selectis* p. 112. apud Ill. Spanhem. de Usu Num. Tom. 2. p. 317. 2.

Ad Ægypti nummos etiam pertinet sequens nummus:

- - Caput Augusti nudum lævam versus, cum or, vel IV ut in nummis Mus. Havercampiani.

Caput Jovis laureatum. Aquila unguibus tenens fulmen; Scutum fulmine insignitum:

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Nummus æneus ex Museo Cl. Bayeri, totidem verbis describitur & deinceps amplissimo Commentario illustratur, in Actis Societatis Scient. Petrop. Tom. IV. p. 246. Tab. XXXIX. 1.

Idem. Aquila, fulmen, scutum, ΠΤΟΛΕΜ. & inter pedes A. ad pectus siglum. Nummus æneus ex Museo Delisliano, l. c. 2.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ Π. *Cæsaris Imperatoris Pelusii*. Aquila & cornu copix. Morellii N. I. 51: 19, 20. Vid. Augusti N. Græca. Æ 2.

Numismata Ptolemæorum,

de quibus Authores dubitant, quibus proprie sunt vindicandi.

22. Caput Ptolemæi, elephantis proboscide ornatum.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila stans tenens pedibus fulmen. *Beger. Thes. Brand. T. I. p. 262. 2.* Æ Δ.

Æ. Z. Caput cincinnis & corona spicea ornatum. III: 23.

Eadem epigr. Aquila fulmini insistent. *Ibid. T. III. p. 34.* Idem nummus extat in Museo Bibliothecæ Civicæ Tigurinæ, & cum monogrammate in area adversæ, quod ex Π & c. componitur. In Musellii N. A. Tom. II. Adde I: 1, ubi ad Cleopatram refertur.

Æ. med. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Caput imberbe. ΚΥΡΕΝΑΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ *Cyrenæorum commune*, juxta Silphium. Ex Gaza Gallorum Regia. *Spanhem. de Usu Num. Tom. I. p. 296. 1.*

Æ. med. Eadem epigr. Caput imberbe diadematum. Spanhem. addit illud cornu arietino & diademate revinctum esse, quæ apud Baudelotum defunt.

Aquila & caula Silphii cum monogrammate quo Cyrenarum urbs innuitur. apud Ill. Spanh. de Usu N. I. p. 296. Ex *Baudelot de Us. It. p. 605. Tom. II. Tab. IV: 9.*

Consultiss. Baudelot ad Ptolemæum Secundum fratrem & maritum Cleopatrx hoc Numisma retulit.

Æ. a. Caput diadematum pectotenus, ad d. in area est stella.

b. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Aquila fulmini insistent. *Baudelot Tom. II. Tab. IV. fig. 11.*

Æ. a. Caput Jovis Ammonis cum cornu arietino. b. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑ. Duæ aquilæ fulmini vel potius trunco ramato insistentes. *La Motraye Voyage Tom. I. p. 191. Tab. XIV. F. 1.*

Æ. a. Caput elephantis proboscide ornatum, in medio limbi radiati. b. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΣ. Aquila expansis alis. *Ibid. Tom. I. p. 191. Tab. XIV. N. 10. B.*

Ptolemæi nummus plumbeus, exhibetur à *Crophio* in *Thes. Antiq. Græc. Tom. VI. p. 2860. fig. 2.* ubi

a. Caput Jovis corona querna.
b. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ *Regis Ptolemæi*. Aquila fulmini insistent; in area cornu copix.

Ptolemæi ignoti in Museo Wakiano p. 39.

Medal. Æ. a. Caput Jovis diadematum & barbatur. b. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Aquila fulmini insistent.

NUMISMATA REGUM PARTHORUM

vulgo

ARSACIDARUM.

§. I.

Scriptores
de Num-
mis Par-
thorum.

IN Nummis Parthorum sequimur potissimum Cl. Vaillanti *Arsacidarum Imperium*, seu *Regum Parthorum Historiam*, ad fidem Numismatum accommodatam; quæ post ejus funera prodiit, cura doctissimi *Valesii*; Pari-

siis * 1728, 8. c. fig. De quo opere, varia sunt Doctorum judicia, quæ videas in Actis Erud. Lipf. anni 1726, p. 193. Deinde autem multa

ex-

* Deficientibus aliis editionibus, unicam illam ad usum meos comparare potui. De aliis editionibus in Compendio Bibliothecæ Nummarie dicemus.

excerpsimus ex doctissimo opere Illustris Spanhemii de Ufu Numismatum Tom. I. Diff. 5. & subjecimus Excerpta ex Cl. Haymii Tesoro Britanico qui prodiit Londini 1719. & 1720. in 4to. 3. Tomis, Italice & Anglice. Tradit autem Cl. Fabritius in notis ad doctissimi Banduri Bibliothecam Nummariam p. 237. Cl. Viro Christ. Wagnero Lipsiensi, in animo fuisse Arfacidarum nummos, singulari opere illustrare; sed morte præventum, non potuisse opus absolvere: Asservatur autem quicquid hujus operis elaboravit, in MSS., in Bibliotheca publica Lipsiensi. Cl. Relandus Diff. Misc. Tom. II. p. 237. observat, de Siclis Persicis intelligendum esse locum 2 Sam. XIV: 26. quorum pondus octo obolorum Atticorum erat, ita ut pondus capillorum Abfolonis fuerit Unciarum 31.

IMPERIUM ARSACIDARUM *.

Imperium Parthorum.

S. 2. Hoc est oriundorum ab ARSACE primo Parthorum Regum Imperium; à parvis quidem initiis ad tantam, cito, potentiam magnitudinemque pervenit, ut parum abfuerit, quin Romanum nomen omnino deleret ac subverteret. Hujus rei testes sunt Crassiana primum, ac deinde Antoniana clades, & quæ illas subsecutæ sunt variis temporibus, aliæ non paucae. Quibus certe victoriis suis, si melius & consultius usi essent Parthi, Imperium orbis terrarum à Romanis ad se attraxissent. Valesii Præf. ad Vaillantii Imperium Arfacidarum.

XXIX. Parthi Reges à Vaillanto numerantur quorum primus

I. ARSACES,

Imperii Parthici conditor, à quo omnes deinceps Reges ARSACIDÆ nuncupati: postremus vero ARTABANES IV; qui bello laceffitus à Perso quodam ARTAXERXE nomine, infimæ fortis viro, ab eo in prælio occiditur anno post. N. C. 226, quarto Imperii Severi Alexandri Augusti. Tunc igitur victor ARTAXERXES Persa, Parthicum occupavit Imperium, quod patris sui gratia PERSICUM appellavit, ARSACIS tamen nomine servato, quod Nummi testantur cum ipsius Artaxerxis, tum Saporis, filii ejus & Successoris, l. c.

Sequuntur deinceps præeunte Cl. Vaillanto quidam PERSARUM REGES, qui post Imperii Parthici excidium, Parthis imperitavere, & Corollarii vice Elenchus Regum ARMENIÆ MAJORIS; eam præsertim ob causam, quod Armeniorum Historia cum Parthica arctissimis vinculis connexa esse videatur.

Ex XXIX. Regibus Parthorum, quinque duntaxat, apud Scriptores leguntur, quorum Nummi nondum ad Cl. Vaillantum pervene-

* Parthi à primo Rege Arface, Arfacidæ aliquoties dicti sunt, v. g. apud Lucanum Lib. I. Plus illa vobis acie, quam creditis actum est. Arfacidæ; & apud Tacitum Lib. I. Arfacidarum Solium, pro Regno Parthorum habetur; quod etiam Servius ad Virgil. Æn. VI. 760. confirmat. Ex Vaill. l. c. p. 5. Quibus modis A. M. 3754. dum Reges Syriæ & Ægypti Antiochus I. Soter & Ptolem. Philadelphus inter se bella gesserunt, hoc vastum imperium natum sit, legas in docto Compendio, in Calmeti Hist. Univerf. T. III. p. 224. fs.

runt. Scilicet PHRIADATIUS Rex Parthorum IVus, Vus, PHRAHATES I: VIIIus. ARTABANUS II: XVIus. PHRAHATACES: ac XVIIus ORODES II.

S. 3. Reliquis omnibus sui sunt peculiare De Typis & inscriptionibus nummorum Regum Arfacidarum. Nummi: ut disertissime probat VAILLANTUS. Verum enim vero hi omnes sive materiam sive rudiolem fabricam, ac barbariem undique redolentem spectes; adeo inter se similes sunt, ut primo intuitu iidem prorsus esse videantur. Et certe, si paucos exceperis, qui Reges referunt, aut ætate disparili aut dissimilimis plane lineamentis oris, absque cædipo, vix decernere alium ab alio queas. Græcis Literis inscripti semper occurrunt, qui mos mortuo Sapore in usu esse desit. Omnesque ab eo Reges Persæ Barbaros eosque nobis penitus ignotos characteres Parthicos aut Persicos usurparunt, unde hujusmodi Nummi utpote nulli usui futuros, conquirere Vaillantus haud multum studuerit: præterquam quod repertu difficiles & ipsi quidem fuissent. Præf. ad Lib. cit. Conf. Trifan. Tom. II. p. 83-91. Acta Lips. 1707. p. 229. Norisii Epoch. Syro Mac. p. 8. Thes. Holl. n. 24. Josephi Antiq. L. XI. 5. XIII. 9. XVIII. 3. In argenteis Parthorum Regum nummis drachmalibus, Rex imberbis sellæ aureæ insidens semper exhibetur, ad antiquam ex regia profapia eorum originem indicandam. Is igitur arcum dextra extensa gerit: quo quidem armorum genere præpollent ii populi, quemadmodum innuit Propertius lib. 14. Eleg. 3.

Subdolos & versis increpat arcus equis.

Cl. Vaillant Hist. Regum Parth. p. 304. III. Spanhemius de Ufu Num. Tom. I. p. 325. & 326. eadem confirmat, & de vera arcus Parthici figura, ex nummis illis colligi posse statuit. Inde etiam in loca Ammiani Marcell. Lib. 22. c. 8. ubi de arcubus sermo est, emendavit lectionem intrinsecus, in vocem extrinsecus quæ multo aptiorem sensum fundat. Vult etiam ad situm illorum Sagittariorum attendi, quibus perinde ac quibusdam aliis gentibus in more fuerit de genu pugnare, Vid. Tab. II: 7. & 8. in quam rem conferenda citat loca Plutarchi in M. Antonio p. 937. Cornel. Nep. in Chabria ab initio, & Arrianum lib. VII. 23.

Specialius autem de Typis & inscriptionibus in Arfacidum nummis obviis egit Ill. Spanhemius de Ufu Num. Tom. I. p. 450-468. ubi simul singula ad veros usus suos accommodata videas. Hæc autem præcipua sunt in Nummis Parthicis, quæ observatu potissimum digna censet.

Comæ Arfacidarum, Tab. I: 1. imprimis IV: Comæ. 22. Regio Persarum & Parthorum more, cincinnis variis tortæ, ut inde ipsi nummi se ad capillatos Parthorum Reges pertinere probent; nempe juxta notum illum Vespasiani jocum apud Tranquillum Cap. 23. qui, cum inter prodigia, stella in coelo crinita apparuisset, id ad Parthorum Regem, qui capillatus esset, pertinere dicebat.

Diademate autem, & solo quidem, seu fascia Diademate, revinctum intueri licet caput Arfacis in Tab. I: 1-12. sicut in alio Trifani; Tiara vero insuper seu Cidari, cum addito eidem Diademate, in aliis nummis I: 13. &c. — quorum conspectu Cl. Vaill-

Vaillant Famil. Rom. pag. 107. Tom. I. inducus videtur, ut dixerit Parthorum Reges, non Tiara usos seu Cidari, sed tantum Diademate, quod adductorum nummorum vel solus aspectus abunde redarguit: in quibus Tiara insuper seu Cidari, cum addito eidem Diademate, insigniti occurrunt Arfacidæ. Diadematis usum Parthorum Regibus adscripsere Plutarchus in Crasso p. 557. & Herodianus lib. VI. cap. VI. qui Artabanum duplici diademate usum fuisse docet.

Tiara.

Tiaram autem Parthorum, & olim Persarum Regum capitis insigne fuisse multis ostendit illustris Author l. c. imo & notam fuisse ex qua dignoscerentur, docet Anacreon Od. LV.

Καὶ Παρθαῖς τις ἄνδρας
Ἐγνώρισαν τιαραῖς.

Et Parthos quidem viros agnoscit quis ex Tiavis.

Distinguenda autem est, *Tiaræ Parthicæ figura rotunda*, à *Tiara Armeniorum* quæ ad quadrangularem formam accedit, & in nummis Antonii & Augusti ob victoriam ab illis reportatam expressa est, de qua suo loco plura dicenda sunt.

Pileus.

In nonnullis eorum nummis v. g. Tab. I: 13. & II: 9. cernitur *Pileus & turritum capitis tegmen*, quæ Martialis epigramm. lib. X. 72. *Ad Parthos procul ite pileatos*, & Strabo p. 324. illis adscripsit.

Candy Regia Arfacidarum vestis.

Vestis peculiaris, chlamydis instar, qua Reges quidam Arfacidarum amicti cernuntur in Nummis Tab. I: 1. & IV: 21. haud alia quam quæ *κῶδης* olim dicta, statuenda est. Qua voce regium olim Persarum, ac dein Parthorum etiam amiculum purpureum à Græcis appellatum constat, & quidem, ut ea de re Plutarchus in Artaxerxe p. 1013. quod Regi Persarum gestare duntaxat esse licitum; de cuius figura & veris ornamentis, præter ea quæ in nummis cernuntur, abunde Tristanus & Morellus dixerunt.

Stella.

Neque omittendus est ad spectus *Stellæ* seu *Astri* in chlamyde Arfacidarum, & insuper duæ stellæ & dimidia Luna in aliis nummis. v. g. Tab. I: 16. & II: 16. Id enim inde factum licet omnino statuere, quod primus Imperii illius fundator *Arsaces*, solemni post obitum ritu, fuerit à Parthis consecratus, ac Astris insertus; inde autem sequuti eum Reges, participes siderum, imo *fratres Solis & Lunæ* appellari voluerunt; quod Ammianus Marcellinus, duobus locis libro XXIII. cap. 6. & Lib. XVII. cap. 5. ubi initium epistolæ Saporis ad Constantinum Imperatorem: *Rex Regum Sapor, PARTICEPS SIDERUM, FRATER SOLIS ET LUNÆ, Constantio Cæsari Fratri meo Salutem.* quo etiam spectant alia obscuriora authorum loca, l. c. ab Ill. Spanhemio adducta, de quibus omnibus insuper conferendus est Doctiff. Hyde liber de Religione Persarum.

Pallium.

Pallium, quo Tab. I: 6. & sequentibus, Rex in Solio sedens ornatur, ejus generis est, quo Parthi & Bactriani Principes, in pompis solemnibus utebantur; breve erat, & ad medium tantummodo corpus demissum, discissumque in partes tres, quarum uniuscujusque ora in acumen desinit. Sub eo vero pallio gerebant thoracis laxioris quoddam genus, ac denique inte-

rius subligaculum à medio corpore ad pedes usque pertingens. Vaill. Imp. Arfacid. p. 97.

Sella cui insident, videtur repræsentare auream *Sella*, illam, in qua, more Persarum Regum, se populis suis conspiciendos præbebant; certe interpretiosa à Trajano in bello contra Chosroen capta, memoratur sella ejus aurea, de qua Spartianus in Hadriano: *Ac promissa sella, quæ itidem capta fuerit.* Vaill. l. c. p. 106.

§. 4. Inter Titulos & Cognomina Arfacidarum potissimum observanda, nomen *Arsaces*, tituli ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ *Regis Regum*, cognomina ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ *Benefici*, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Illustris*, ΔΙΚΑΙΟΥ *Justi*, & ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Græcorum amici*, de quibus prolixius Ill. Spanhemius Tom. I. de Usu Num. p. 459-468.

Tituli & Cognomina in nummis Arfacidarum.

Arsaces nomen illis inclitum ab *Arsace* primo Parthici Imperii Conditore, ac ad ejus successores propagatum. Unde Parthos *σφόδρα Φιλῶσαντας* valde *Arsacum amantes* vocat Strabo; alibi omnes Parthorum Reges *Arsaces* nominari, privatim alium *Orodem*, alium *Phraatem*, alium aliter: ac inde *Arsacia aula*, pro Parthorum Regia apud Martialem, Lib. 9: 36.

Scis quid in Arfacia Pacorus deliberet aula.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ *Regis Regum* superbus titulus est quem sibi non solum in nummis sed & in epistolis ad Pompejum, Augustum, Vespasianum & Constantinum adscripsisse constat.

Inter cætera epitheta alibi jam explicata, imprimis memorabile est *Philellinis*, quod in nummis — cernimus, & quod aliunde quam ex antiquis his cimeliis, vix constare existimat Ill. Spanhemius l. c. p. 467. Quum alioquin non *Philellina*, seu Græcorum amicum, sed communem omnium Græcorum hostem haberi à se Persarum Regem tradit alicubi Demosthenes de classe p. 103. Desumpta autem videtur blanda hæc nomenclatio ad exemplum successorum Alexandri, qui à privata in Parentes aut Fratres pietate, *Philopatores*, aut *Philadelphos* se passim inscribebant. Adeo ut assumerint illud *Philellinos* nomen *Arsacidæ*, in nummis ad demerendos sibi Græcos Asiaticos Syriæ, Mesopotamiæ, ac reliquos illius tractus Parthis viciniore; quosque velut sui juris sibi asserebant *Arsacidæ*: qui autem tractus, Græcorum coloniis & lingua passim florebant; ita ut à quibusdam ex iis nummos id genus percussos statuere liceat.

Epitheton ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Arsace*, interprete Doctiff. Harduino, propterea inclitum in nummis legitur, quoniam quatuor Regibus, patre, avo, proavo, abavoque ortus est. Operum select. p. 609. circa finem.

Vox ΓΟΡΡΙΑΙΩ quæ in ima nummi parte adjicitur, in qua mensum Græcorum lepido sane errore (*inquit* Rev. Harduinus l. c. p. 610.) videre se viri eruditi putarunt, dividenda in duas est; ut sit ΓΟΡΡΙΑ ΙΩ, *Ceres frugifera*. Nam *io* sive *Ceres* in eo nummo pingitur, qualis omnino in nummis Gazensium, in quibus ΕΙΩ scribitur.

De Epocha in nummis Parthorum Rev. Harduinus l. c. p. 613. ad nummum Pharnacis hæc observavit: In nummo aureo Comitissæ de Schwartzburg, sedet Apollo cum lyra, tripode apposita, & regione ΖΜΣ Δ: anno 247. æræ Græcorum,

Epocha.

corum, qui autumnus anni hujus incipit; Idemque Pharnacis quartus est. Arsaces duo, quos superius appellavimus, non habent in nummis suis Æram Græcorum: Habent autem & Pharnaces & Vologesus. Quoniam opinor Arsaces Reges fuere Babylonis, quæ Græcis non paruit: Isti Parthiæ Adiabeniæ, in qua Arbela, ubi Darium Alexander debellavit. Nam in nummo Vologesi, apud Patinum in Sueton. p. 202. additur ANT. five annus 451. qui primus Imperii Antonini Pii post obitum Hadriani.

Raritas eorum.

§. 5. Nummi omnes Parthici, inventu perquam difficiles, ideoque rari vel in copiosissimis Cimeliis apparent. l. c. §.

III. Spanhemius de Ufu Num. T. I. p. 325. monet Parthicos nummos tanto rariores & observatu magis dignos censendos esse, quoniam Plinius Secundus, Parthici ejusmodi metalli globulam à se repertam continuo ad Imperatorem Trajanum tanquam singulare quoddam cimelium, misisse se profitetur, scripta eodem nomine ad ipsum Trajanum epistola, Lib. X. Epist. 16.

Doctiff. Chamillard in Woltereki Electis Rei Num. p. 356. Reges Parthorum, imprimis maximi moduli, raros esse pronuntiavit.

Idem confirmat Cl. Haymius in Thef. Brit. II. p. 36. Le quali, inquit, oltre l'esser rarissime sono state in certo modo da gl'altri trascurate quando per tanto meritavano d'essere con piu diligenza trattate.

Ufus Numismatum Parthorum.

§. 6. Haud inutilis vel injucundæ contemplationis materiam suppeditant, veteres ac insignes horum *Arsacidarum* nummi; ac inde imprimis de eorum habitu cultuque, iisque quibus superbiebant Reges illi Regum cognomentis, licet certum omnino, unde præclaris authoribus major subinde lux accedit, judicium ferre. III. Spanhem. de Ufu Num. I. p. 444.

Observationes & Cautelæ quædam circa editos nummos Parthorum.

Unum protulerat Tristanus Tom. III. p. 81. alium vero, altero post duo superiora à nobis (inquit III. Spanhem. Tom. I. p. 449. de Ufu Num.) edita, anno vulgavit Patinus Num. Imp. p. 209. unum similiter in specimine Tab. 23. Morellus; Tres etiam pridem ante in Thefauro suo indicaverat id genus nummos Goltzius, sed male ibi ab eo descriptos; ut ad quos referri iidem deberent, ex aliis demum elicere licuerit: *APΣANOTY* nempe pro *APΣAKOTY* in duobus ex iis; in tertio autem *ANOTY OΛAΓAC*, pro *BOΛAΓACCTOY*.

I. ARSACES I.

Conditor regni Parthorum, teste Zosimo Hist. L. I. 1. in Gordiano, propter illatam fratri Tiridati contumeliam, bello adversus Antiochi Satrapiam suscepto, Parthis author fuit, ut, ejectis Macedonibus, sibi Regem assumerent. Quum aperte rebellasset Arsaces, regionem pauperimam Parthiam, quam parvi fecerant Persæ & Macedones, occupat autumnus anni ante Christum 236. ineunte Seleucidarum 57. Urbis Romæ Condita 498. juxta Justin. Lib. 41. Bello continuo disturbatus, tandem inter certandum, latere hasta transfosso interiit. Ex Suida: cum duos annos & aliquot menses regno potitus fuisset. Ex Syncello p. 284. in Vaill. Hist. Arsacid. p. 3-5.

Caput Regis sine epigraphe, barba proluxa & I: 1. capillis crispis, cum diademate & veste regia, de quibus vide quæ in Prolegomenis diximus.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ Regis Regum * *Arsacis Benefici Illustris Philhellinis*; in imo Α. ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ. *A mense Gorpiaeo* **. Arsaces ipse sedet, palmæ ramum accipiens à muliere stolata stante, capite turrato, lævaque cornu copiæ gerente. *Vaillant Imp. Arsac. p. 6.* ex Museo D. Vaillant M. D. AR. Tetradr. O in ΑΡΣΑΚΟΥ & seqq. est quadratum. Φ in ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ verum + refert, ex prisca illas literas formandi ratione.

Caput ejusdem Regis, eadem epigraphe, sed I: 2. in imo ΑΠΟ ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ *à mense Gorpiaeo*, Arsaces sedet d. extendens versus Palladem *** galeatam, quæ d. coronam profert, læva autem hastam tenet. *Vaillant l. c. p. 8.* ex Museo D. Monjeux Parisiis. Arg. M.

2. ARSACES II. TIRIDATES.

Fratri Arsaci I. in acie occiso, successit, Seleucus Syriæ Regem duplici prælio vicit, eumque captivum diu admodum regia magnificentia & impensa habuit. Tandem pace inter Seleucum & Tiridatum composita, Seleucus dimittitur & Tiridates pro Rege habetur. Hoc pacto Tiridates pace fruitur, & regno constituto, diem supremum obiit, Arsacidarum anno 40. U. C. 537. Ær. Sel. 97. cum regnavisset annis 37. Ex Justino &c. in Vaill. l. c. p. 13. 14. Ammianus Marcell. aliique hunc Arsacem Tiridatem cum fratre confundunt. Ita etiam Tristanus lib. 2. p. 82. hujus Tiridatis nummum ad Arsacem I. retulit, cum titulo ΔΙΚΑΙΟΥ, & mense ΓΟΡΠΙΑΙΩ, pro ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ.

Caput

* Hic Titulus J. Christo adscribitur Apoc. 19: 16. & tales titulos sibi arrogarunt prisca, qui alios sub se Reges habuerunt. Sufacus Σεσοστρις Ægypti Rex sibi titulum dedit: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΔΕΣΠΟΤΩΝ de Xerxe, qui in sacris Arthafasta Jos. Antiq. XI. v. 368. a. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΞΕΡΞΙΣ Ἐσθρα Ἱερεϊ. Hoc Epitheton autem non solum in Arsacidarum, sed & in Zemiscis nummis legitur. Ex Ven. Ottii Notis ad Jos. Tom. II. p. 318. Persæ Reges olim hoc titulo utebantur, & inde etiam Arsaces, ut se originem ab Artaxerxe Mnemone traxisse persuaderet. Vid. Ammian. Marcell. lib. 19. & Sueton. in Calig. cap. 5. Ex Vaill. l. c.

** Materia nummi cum argento mixta, regem non multum ab initio divitem ostendit; quod & *Gorpiaeus* primus Macedonici anni mensis, in quo regnum auspiciatus est, in eo scriptus confirmat. In illa jam sententia fuit Tristanus lib. 2. p. 83. cui non assentiri videtur Card. Norisus in Epoch. Syro-Mac. p. 8. arbitratus, quempiam potius hujus Arsacis successorem indicari altero titulo ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ. *Lingua Græca* in nummis usus est, ut Græcorum amicitiam sibi conciliaret. Vaill. l. c. Conf. Proleg. §. 4. ubi quæ Harduinus de ΓΟΡΠΙΑ Ιο i. e. *frugifera Cerere*.

*** Palladem à Macedonibus cultam fuisse supra p. . . ostendimus. Eaque propter Arsaces, ut Syro Macedonum, qui in ejus regno manebant, & aliorum Græcorum quos ad suas pontes pertrahere laboravit, benevolentiam sibi conciliaret, ejus Deæ cultum retinere & in nummis signare voluit; imo & coronam, victoriæ symbolum, ab hac bellorum præfide se recipere, hoc typo demonstravit. Vaill. l. c.

T

- I: 3. Caput Regis barbatus diademate redimitum cum chlamyde regia.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis Regum Arsacis Benefici Justi Illustris Amici Græcorum*, in imo, ΑΠ. ΕΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥ *ab Hyperberethæo* *. Pallas galeata stans d. coronam Regi sedenti porrigit, sinistra hastam præfert. *Vaillant de Nummis Arsacid. p. 16.* ex Museo D. Foucault. Arg. M. Tetradrachmalis.

4. Caput ejusdem Tiridatis sine epigraphe.

Eadem epigraphe quæ supra, nisi quod deficiunt quæ in imo, scripta esse diximus, ubi decurfatus est nummus. Genius Urbis N. dextra palmæ ramum porrigit Regi barbato sedenti, læva cornu copiæ gestat. *Vaillant l. c. p. 18.* ex Thesaurio Regio. Arg. M.

- IV: 21. ** Idem cum epocha AN, anno Arsacidarum 51. Ex Thef. Saxo-Gothano in Liebio, p. 131. Morellus in specimine p. 229. eum primus edidit, ubi vitiose ΗΛ pro AN.

3. ARSACES ARTABANES.

Arsaci Tiridati, successit ejus filius Artabanus, qui & ipse Arsacis nomen accepit, cum Antiocho Syriæ Rege non sine successu bellum gessit; quot vero annis regnaverit determinari nequit. Ex *Justino*, in *Vaill. l. c.*

- I: 5. Caput juvenile *** Regis diademate insigniti & coma crispata ornati, cum barba non oblonga sine literis.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ i. e. *Regis &c.* ut in cæteris supra adductis. Jupiter *** feminudus sedet d. extensa victoriolam gerens ipsi coronam porrigentem, læva hastam puram tenet. Ex Thesaurio Regio, *Vaillant l. c. p. 31.* Arg. M.

6. ARSACES MITHRIDATES.

Arsacis Phriapatii filius junior, Mediæ partem regno adjecit, & Demetrium Syriæ Regem in bello captum custodia detinuit, eidemque dein-

* Cl. Vaillantus statuit Tiridatem eo mense victoriam de Seleuco Callinico reportasse, unde non tantum Parthi hunc diem teste *Justino*, exinde solennem velut initium libertatis observaverint, sed Tiridates eundem mensem in nummis signari iusserit.

** Notanda est in postremo nummo coma ascititia, quam delineatio Morelliana non satis reddit. Eam à Mediæ Parthorum reges mutuatos docet *Xenophon*, qui *Cyrop. l. 1. c. 3.* Κόμης προσδέτεις refert inter τὰ νόμματα ἐν Μήδοις. Ex Cl. Liebio, l. c. ubi insuper ostendit non esse solida quæ Ill. Spanhemius, ad vitiose editas literas ΗΛ commentatur; & falli R. Harduinum, qui negat Epocham in aliis horum Regum nummis reperiri, si excipias Vologesii nummum.

*** Arsacis nomen, literæ & tituli superioribus similes, simile pondus & artificium, nummum ad priorum Arsacum tempora pertinere suadent.

**** Hoc typo denotatur Artabanum in Seleucidarum societatem fuisse receptum; nam hunc typum primus apud Syros usurpavit Seleucus Nicator, sicut & apud Parthos Artabanus. Ex *Vaill. l. c.* ubi plura de Jove sedente & victoria, quæ jam ad Nummos Regum Maced. & Syriæ protulimus.

ceps in regnum restituito, filiam Rhodogunam in matrimonium dedit. Tandem gloriosa senectute discessit, postquam regnasset annos 37. *Vaill. l. c.*

Caput Regis barbati & diademate cincti.

I: 6.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΘΕΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis Regum Arsacis Dei * Justi Benefici, Illustris, amici Græcorum.* Figura imberbis sedens in sella d. arcum tenet cum epigraphe ex duplici literarum ordine contexta; ex Museo Car. Patini M. D. *Vaillant. l. c. p. 48.* Arg. drachmalis.

Caput diadematum Mithridatis I. promissiore II: 20. barba.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Magni Arsacis Epiphanis*; Idem typus argenteus magnitud. C. ponderat 62. grana Angl. Ex Museo Devonienfi in *Haymii Thef. Brit. II. p. 31.*

7. ARSACES PHRAATES II.

In memoriam Avi Phraatis I. hoc nomen sumfit, & bellis contra Demetrium & Antiochum Evergetem feliciter gestis celebratur. Antiocho Evergete interfecto universum ejus exercitum in captivitatem abduxit, qui cum ab eo contra Scythas in bellum educeretur, captivitatis ultionem cruenta Phraatis cæde exequutus est. Ex *Justino &c.* in *Vaill. l. c. p. 51. fs.*

Caput Regis diademate insigniti, cum coma I: 7. crispa & barba non admodum proluxa.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΖΕΙΝΙΟΥ ** ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis Regum Arsacis benefici, hospitalis, Theopatoris, Amici Græcorum*, in area ΣΑ. Figura sedet d. extensa arcum gerens; ex Museo *Vaillanti l. c. p. 58.* Arg. drachmalis.

Cl. Haymiius in *Thef. Brit. II. p. 31.* Phraati Primo tribuit sequentem nummum.

Caput diadematum Phraatis I.

II: 19.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΧΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ *Regis magni Arsacis Theopatoris Evergetis*; idem typus, ex Museo Devonienfi Argenteus magnit. C. ponderat 53. grana.

Caput Phraatis II. filii Mithridatis I.

21.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Regum Magni Arsacis Epiphanis.*

Idem typus. Ex Museo Devonienfi in *Haymii Thef. Br. II. 33.* magnit. C.

Idem: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΧΟΥ ΦΙΛΟ-

ΠΑΤΟΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ *Regis magni Arsacis Philopatoris Epiphanis Philellini Imperatoris.* Idem typus. *Haym. l. c.* ex Museo *Loviano.*

9. A R-

* Mirum non est, si Mithridates qui Demetrium patrem tot orbaverat Provinciis, filiumque superatum bello in custodia detinuerat, eorum exemplo ΘΕΟΥ epitheton sibi in nummis adscripserit. *Vaill. l. c.*

** Hoc epitheto ab aliis discernitur, & *Hospitalis* vocari voluit, titulo Jovi ipsi adscripto; quoniam Demetrium Nicatorum à patre captivum relictum, tanquam hospitem apud se retinuit, & in regnum, quod frater ejus Antiochus usurpaverat, restituit. Ex *Vaill. l. c.*

9. ARSACES MITHRIDATES II.

Post defunctum patrem, ex vulnere in praelio contra Tocharos Scythiae populum, rex Parthorum creatur anno ante Chr. 123. U. C. 630. Multa bella cum finitimis magna virtute gessit, multosque populos qui post Scythicam cladem à Parthis defecerant, regno addidit; ad postremum Artavassi Armeniae Regi bellum intulit, atque ab eo filium Tigranem obsidem accepit. Ex Justino in Vaill. l. c. p. 64. fs.

est anno 3. Olympiadis 177. Ex Luciano in Macrobiis, apud Vaill. l. c. p. 81.

Caput Regis barbati diademate cincti.

I: 10.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, Regis Arsacis Illustris Theopatoris * Benefici, Rex imberbis sedens mitra & fascia Regia ornatus d. arcum tenet. Ex Collect. Morelliana, Vaill. l. c. p. 82. Κνες videntur in fascia prioris lateris legi posse. Arg. drachmalis.

I: 8. Caput Regis diademate cincti, proluxa barba conspicui cum chlamyde regia.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ Regis Regum magni * Arsacis, Illustris. Rex ipse diademate cinctus sedet, d. arcum gerens. Ex Museo suo Cl. Vaillant l. c. p. 69. drachmalis argenteus.

12. ARSACES PHRAHATES III.

Cum Mithridate & Tigrae arma contra Romanos conjunxit, fatis infelici successu; postquam vero regnasset annis 10. à filiis suis dolo occisus est, Arsacidarum anno 197. Ex Justino, in Vaill. l. c.

Caput Regis barbati diademate ornati, pone quod astrum (in Vaillanti delineatione deest.)

I: 11.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ** ΘΕΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, Regis Regum Arsacis Magni, Justi, Illustris Dei Eupatoris Amici Graecorum. Figura imberbis sedet mitra & fascia Regia insignis d. arcum gestans. Cl. Vaillant l. c. p. 96. ex suo Museo. Arg. drachmalis.

10. ARSACES MNASKIRES.

Quod esset Phrahatis I. filius, trium qui regnaverant fratrum primogeniti, regnum ad se pertinere contendebat. Sinatrokes vero, ad patrem suum Mithridatem I. regnum transiisse, ac deinde se praetermisso, ad fratrem suum Phrahatem II. cujus haeres esse debuerit, delatum fuisse; atque eam ob causam Imperium ad se spectare dicebat. Eam autem de Parthico regno contentionem Lucianus narrat post bellum diuturnum finitam tandem esse, & Sinatrokem in exilium fuisse compulsam. Quanto tempore hoc bellum civile, quo Parthorum res plurimum attritae sunt duraverit, ignoratur. Vaill. l. c.

13. ARSACES MITHRIDATES III.

Phrahatis III. filius natu major, patri successit, & varia fortuna cum fratre Orode de imperio dimicavit; postremo, Orodes capta Babylonia quo Mithridates fugerat, fratrem in conspectu suo trucidari iussit; qui 6. integris annis regnaverat. Ex Justino, L. 42: 4. in Vaill. H. R. Parth. p. 96-104.

9. Caput Regis senioris barbati diademate cincti, intra quod oblongorum capillorum cirrus obvolvitur.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ Regis Regum magni ** Arsacis Illustris Princeps sedens *** mitra & diademate insignis, dextraque manu arcum gestat. Ex Collectione Morelliana, Cl. Vaillant l. c. p. 75. Arg. drachmalis.

Caput Regis barba paulo minus quam in aliis proluxa nec non diademate conspicui, ante caput in area astrum pone vero crescens luna cernitur. de quibus supra p. . .

12.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ Regis Regum Arsacis Justi Illustris Benefici amici Graecorum. Regis sedentis effigies mitra & fascia regia insignis, d. arcum gerit. Cl. Vaillant ex suo Museo l. c. p. 105. Arg. drachmalis.

11. ARSACES SINATROCES.

Mortuo Mnaskire, ab exilio, de quo supra, reductus, octogenarius, rex creatur. Bella contra Armenios duce filio Phraate inaususto successu gessit; postquam 7. annis regnasset, mortuus

14. ARSACES ORODES.

Quibus modis regno potitus sit supra, in Historia 13. Arsacis, fratris sui, ostendimus. Fuit autem Orodes in Historia Romana & Judaica celeberrimus, Crassum oppressit & cum exercitu trucidavit; per Labienum universa Syria potitus,

T 2

* Tradente Justino hoc epitheto insignitus est, juxta Cl. Vaill. l. c. ubi addit: „Notandum est, illud cognomen non esse ut alia, post Arsacis nomen in nummo exaratum, sed in priori positum loco, ad denotandam scilicet nominis excellentiam Magni Arsacis &c. forte ad imitationem Artaxerxis, à quo originem ducere se jactabant Arsacidae. Cujus rei meminit Isocrates, Epist. ad Philipp. qui praeterita Regis, & proprii nominis appellatione, sola ΜΕΓΑΛΟΥ nominatione designabatur.

** Eodem titulo cum praedecessore usus, propter victoriam de Sinatrocke, quod non minorem esse in obtinendo, quam ampliando regno gloriam arbitraretur. Vaill. l. c.

*** Cl. Vaillant statuit, imberbi hac, diademata, figura sedente designari antiquissimum aliquem Parthorum regem, à quo Arsacidae se originem trahere jactarunt. l. c. p. 77.

Calcei tenuis religati in hac, aliorumque nummorum aversa observantur, quae ornamentis causa sursum erecti sunt. Vaill. p. 146.

* Facies senilis & rugosa; sed & titulus ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ, Sinatrocki hunc nummum vindicant; ut enim à Mithridate, cognomine, Deo, ducere se originem ostentaret, fratris exemplo se quoque Theopatorem appellavit, l. c.

** Cl. Vaillant hanc vocem in textu adduxit, quae in nummi delineatione non extat. Addit l. c. nullum regem in tota hac serie occurrere, qui tot congestos simul titulos praferat. Mithridatis I. exemplo Deus vocatur, quod nomen cognomenti loco assumpsit, juxta locum Phlegontis Tralliani in Photio p. 267. Porro, ut hac Dei appellatione ab avo Mithridate I. facilius distingueretur Eupatoris nomen adjunxit. l. c.

titus, Romanis & Judæis multas clades intulit; tandem consilio & virtute Ventidii Antonii Legati, iterum cæsus, ex Syria, trucidato Pacoro fortissimo Orodis filio, profligatoque exercitu, intra Mediam & Mesopotamiam se continere coactus est. Senex Orodes ex luctu in Hydropem incidit, & regnum Phraati IV. parricidæ reliquit, postquam 17. annos solus, à Patris verò Mithridatis morte, 22. regnasset. Ex Plutarcho in Crasso, Dione, & Josepho, in Vaill. Hist. R. Parth. p. 108 - 145.

- I: 13. Caput Regis tiara, multiplici unionum ordine insigni, ut & diademate ornati cum trabea folita.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ *Regis Regum Magni Arsacis Theopatoris, Nicatoris* *. Figura Regis mitrati & diademati sedens d. arcum gerit. Ex suo Museo, Cl. Vaillant p. 145. l. c. Arg. drachmalis.

15. ARSACES PHRAHATES IV.

Orodis filius, patre necato regnum occupat, & fratres 30, Optimates, & adultum filium suum interfici curavit. Cum Antonio bellum gessit, & inimicum habuit Tiridatem, cujus victoria Phrahates insolentior factus ab ipsis Parthis folio deturbatur. Mox tamén Scytharum auxilio regnum recuperavit, & Augusti autoritate confirmavit. Altercantibus enim Phraate & Tiridate, Augustus Romæ decrevit, Phrahati filium, quem Tiridates ei surreptum Romam, obsidem misit, sine pretio remittendum; ea conditione, ut pro eo captivos, signaque militaria Crassi & Antonii, cladibus amissa reciperet. Parthus vero desciscens à Societate Romana, adjecit Armeniæ manum; sed defuncto Artavafde, reconciliata fuit pax, successorem habuit Phrahatacem, filium ex Thermusa, ancilla ab Augusto ei missa, natum, postquam regnasset annis 40. Vaill. l. c.

14. Caput Regis tiara unionibus ornata & diademate cincti cum trabea.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Regum Magni** Arsaci Illustris*. Figura Regis sedentis d. arcum gerit***. Cl. Vaillant l. c. p. 185. ex Museo suo. Arg. drachmalis.

16. ARSACES VONONES I.

Phrahatis IV. filius senior, quem Romæ obsidem, per legationem Parthi sibi regem dari expoposcerant. Cum vero Parthi vidissent, eum diversum à Majorum institutis, raro venatu, fegni equorum cura, vitam agere, Artabanum III. apud Dahas agentem regem advocarunt, qui

* Propter victoriam insignem quam per Surenam de Romanorum duce Crasso in Mesopotamia reportavit, Vaill. l. c.

** Ob ingentem Antonii exercitum magna ex parte deletum, & Romanos in bello captos signaque eorum militaria sublata, *Magnus* vocari voluit. Vaill. l. c. Hic nummus est adulterinus, æneus scilicet argentea Bracteola superductus, ut plurimi denariorum Antonii; 20. observandum ΟΥΛΑΙΩΝ inverso ordine ab adulteratore in nummo signatum fuisse.

*** Hoc habitu, *aurea sella sedens nervum arcus pulsans*, teste Dione, legatos Antonii excepit. l. c. 186. & 155. 156.

prima vice in Mediam à Vonone repulsus, altera autem victor, Vononem in fugam conjecit regnoque potitus est. Ex Tacito, in Vaill. l. c. p. 191.

- Caput juvenile Regis barbati & diademate cincti, pone quod aquila sursum se attollens *. I: 15.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Regis Regum Arsacis Justi Benefici Illustris amici Græcorum*. Rex sellæ infidens d. arcum tenet. ex Museo Illæ. Comitissæ de Veruæ. Vaill. l. c. p. 194. Arg. drachmalis.

- Nummus ejusdem fere epigraphes & typi, præter quod aquila laureolam rostro teneat; Ex Museo Devonienfi in Haymii Thes. Br. II: 31. Arg. B¹.

19. ARSACES ARTABANUS III.

Vononem ex folio deturbavit, remotiores quasdam provincias rebellantes perdomuit, & Armeniæ, filium suum regem constituere laboravit. Cum deficientibus Parthis in Scythiam fugere coactus est, mox ex ea à Satrapis revocatus fuit, ut Tiridatem à Tiberio regem Parthorum constitutum, folio detruderet, quem Scytharum auxilio superavit & depulit. Ex Vaill. l. c. p. 221.

- Caput Regis barbati & diademate ornati, cujus collo circumvoluti duo serpentes sursum se attollunt. Hinc & inde stella cernitur facie principis inter media in vertice vero Luna crescens, ad originem ex antiquissimo Arfacidarum genere designandam. 16.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΑΜΦΙΜΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Regis Regum Arsacis undique Pugnatoris* Benefici, Illustris, amici Græcorum*. Rex imberbis sedens d. arcum tenet, ex Collectione Morelliana, Cl. Vaillant Imp. Arsacid. p. 221. Arg. drachmalis.

- Similis nummus cum epitheto ΔΙΚΑΙΟΥ. Ex II: 16. Mus. Edgcombii, in Haymii Thes. Brit. II. 30. Arg. C.

20. ARSACES GOTARCES.

Fuit Artabani III. filius primogenitus, & licet moriens pater regnum testamento Bardani reliquisset, nihilominus à primoribus regni prælatus, regnum occupavit; non multo post, ortis variis bellis, finem jurgiis fecit, & Bardani, quia potior regno retinendo visus est, reliquit, quo mortuo altera vice regnum administravit. Vaill. l. c.

- Caput Regis barbati diademate cincti. 17.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Regis Magni Arsacis, Benefici, Illustris Amici Græcorum*. Rex imberbis sedens

* Cl. Vaillantus conjicit ob vultum juvenilem & aquilam illam, posse hunc nummum Arsaci 18. vindicari, maxime, cum restitutis signis militaribus in eorum memoriam aquila in nummis signari potuerit. l. c. p. 195.

** Epitheton, quod non alii Parthorum regi, ob varia bella de quibus in ejus vita jam diximus, magis convenire statuit, Cl. Vaill. l. c. p. 221.

dens d. arcum gerit. ex Museo suo Cl. Vaillant *Imp. Arfacid.* p. 341. Arg. drachmalis.

21. ARSACES

Bardanes consensu fratris Gotarzi rex constituitur; Seleucienſes rebelles post septimum annum reducit, Armeniam tentare non audet, & contra Adiabenos frustra movet. Ex Vaill. l. c. p. 227.

I: 18. Caput Regis barbati diademate cincti trabea regali, cui ΚΥΔΙ ΠΠ inscripta cernuntur, insigni.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΠΑΝΑΡΙΣΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis Regum Arfacis longe præstantissimi*, Justi, Benefici, Illustris amici Græcorum, & A. in area, cujus sensum Cl. Vaill. non assequi potuit. Regis imberbis figura sedens arcum d. gerit. Ex Collect. Morelliana Cl. Vaillant Imp. Arfacid.* p. 234. Arg. drachmalis.

22. ARSACES VONONES II.

Accitus in regnum, Medis tum præsidens; Nulla hujus prospera aut adversa facta memorantur; brevi & inglorio imperio perfunctus, regnum reliquit Vologesi, quem Josephus, Antiq. 20:2. Gotarzi substituit. Ex Tacito, in Vaill. l. c. p. 244.

19. Caput Regis proluxa barba, mitraque unionibus referta cum redimiculis suis oblongis & latiore quam in cæteris, diademate ornati.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΜΗΤΡΑΗΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis magni Arfacis Mitbraeti** Illustris Amici Græcorum. Rex imberbis in sella sedens d. arcum gerit. Ex Collectione Morelliana, Vaillant l. c. p. 246. Arg. drachmalis.*

23. ARSACES VOLOGESES I.

Vononis filius, concessu Pacori & Tiridatis fratrum, regnum suscepit, juxta Tacitum, Annal. 12:44. & mox fratri grandiori Pacoro Mediæ regnum concessit. Eo regnante bellum inter Armenios Iberosque exortum, Parthis quoque ac Romanis, gravissimorum inter se motuum causa fuit, unde variæ legationes sub Imperatoribus Claudio, Nerone, Vespasiano & Tito. Mortuus est anno Imperii 40. A. C. 90. Ex Vaill. l. c. p. 249-292.

20. Caput Regis proluxa barbâ, mitra & diademate.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ, & in area TH. i. e. anno 308. *Regis Regum Vologesis*** Justi*

* Novum epithetum quod huic regi optime convenire statuitur, in Vaill. l. c. p. 235.

** Singularis est hæc appellatio, & videtur ei hæsisse ob capitis ornamentum, *Mitram Medorum*, quæ à Parthica, redimiculis longioribus, & diademate aliquantum latiore distinguitur. Vaill. l. c.

*** Proprium hoc est hujus Regis nomen, quod proprie *Magnum regem*, ut quidam existimant, denotat. Si quis averſæ typum, in aliis hujus generis nummum etiam signatum, de singulari quodam facto explicare velit; credat per me licet coronam hæc offerri Vologesi, ob Armeniam ab ipso hocce anno 308. recuperatam, cum jam, Rhadamisto Ibero expulso, fratrem suum Tiridatem Armeniæ Regem posuisset. Vaill. l. c.

Benefici, Illustris amici Græcorum. Anno Æræ Arfacidarum 308. Rex sedens cui figura turrata stans coronam porrigit. Ex Collectione Morelliana, Cl. Vaillant Nummi Parthorum p. 293. Argenteus tetradrachmalis.

24. ARSACES PACORUS.

Vologesi filius primogenitus patri successit; illius gesta admodum obscura sunt, colligitur tamen ex Epigr. 36. lib. 9. Martialis, eum non levem timorem Domitiano injecisse, cum falsum Neronem reducturum se esse Romam jactaret. Mortuus est anno Imperii 17. qui A. C. 107. Vid. Vaill. H. R. Parth. p. 296.

Caput Regis barbati diademate & mitra or. I: 21. nati.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΥΣ *Regis Regum Arfacis Benefici, Illustris, Amici Græcorum. Rex imberbis sellæ insidens d. extensa arcum gestat. Ex Collect. Morelliana, Vaillant Reg. Parth. p. 300. Arg. drachmalis.*

Caput Regis barbati diademate ornati, ante quod literæ numerales ENT. i. e. anno 355 * Æræ Arfacidarum.

Mulier capite turrato, cum fascia quadam vultum ejus circumvolitante. Litera vero initialis A, urbis Arfaciæ nomen designat, in qua cufus est nummus. NB. Literæ illæ numerales in delineatione deficient quam Cl. Vaillant *Hist. Reg. Parth. p. 304.* edidit. Rarissimus dicitur hic nummus & creditur labefactatis Regiis opibus illum cufum fuisse. l. c. p. 303. & 304. Æ. minimæ molis, ob inscriptam æram plurimi faciendus. l. c.

25. ARSACES CHOSROES.

Fratri Pacoro successit, in locum Parthamafiridis, Pacori filii, cui Armeniæ Imperium conferre laboravit, eoque scopo Exedari bellum inferens, Trajanum Imp. R. in se concitavit, cum quo gravissimum bellum gessit, sed à Trajano superatus necesse habuit admittere Partamaspetem, sub Hadriano autem, instaurato bello, Parthi Chosroem è superioribus Satrapiis in quas secesserat acceſſerunt, eumque expulso Parthamaspate, omnes provinciæ recipiunt; reliquit filium successorem, postquam 26. annis regnasset. Vaill. l. c.

Caput Regis mediocriter barbati diademate ornati, ante quod ΔΟΤ. i. e. 374. Æræ Arfacid.

Caput turrata corona & diademate insigne, ante quod A. Arfaciæ index. Ex Museo Cl. V. C. C. Baudelotii. *Vaillant Hist. Reg. Parth. p. 321. Æn. 3. parvi, si materiam, plurimi vero, si raritatem spectes & elegantiam, æstimandus.*

26. ARSACES VOLOGESES II.

Chosrois filius, patri successit Anno Chr. 134. cum Hadriano & Antonino Pio amicitias per legatos

V

* Parthi tum jam discordiis agitabantur, & si conjecturæ locus, imminutis regiis opibus, ita exiguus ex vili metallo conſtabatur; quod quidem in hoc Rege primum observatur.

gatos confirmavit, cujus authoritate motus, à bello contra Armeniæ regem abstinuit, quo mortuo Armeniæ bellum indicans, per L. Veri legatum victus, à rebellibus ex folio depulsus, sed paulo post, exturbato Monnese novo rege, restitutus est. Ex Vaill. H. R. Parth. p. 323-347.

I: 24. Caput Regis proluxa barba conspicui diademate ornati ac mitra redimiculis instructa, pone caput *Arsacia*.

Genius urbis capite turrato ac diademate ornato, rupibus insidet, quibus sinistra manu innititur; dextrâ vultui admota, ante genium leguntur Literæ numerales ΓΚΥ. i. e. anno Arfacidarum 423. Ex Thesauro Regio, *Vaill. Hist. Reg. Parth. p. 345. Æ 2.*

25. Caput Regis barbati diademate cincti.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Regis Regum Arsacis, Benefici, Justi, Illustris Amici Græcorum.* Rex imberbis sedens d. extensa arcum gerit. In area A *Arsacia* nota. *Vaillant l. c. p. 347.* ex suo Museo. *Arg. drachmalis.*

27. ARSACES MONNESES.

Nobilis Parthus, postquam Vologeses II. res contra Romanos minus ex voto gessit, ei à rebellibus oppositus est; ipse autem à L. Vero coactus Mesopotamiam Romanis relinquere, ob probrosam hanc pacem ex folio dejectus, & deinceps Vologeses II. restitutus est. Ex Vaill. H. R. Parth. p. 338. ubi addit: Hæc omnia, silentibus Historicis, ex uno hujus Regis, & altero Vologesis II. nummis, in quibus epocha Arfacidarum signata est, concludi posse.

26. Caput Regis barbati & diademate ornati.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΟΝΝΗΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Regum Monnesis*, Servatoris, Illustris:* in imo nummo literæ ΥΚΒ. i. e. anno 422. Rex Herculis nudi specie, quem Parthi tanquam Solem colebant, Cippo innixus, læva clavam gestat. *Cl. Vaillant ex Museo suo, Hist. Reg. Parth. p. 338. Æ 2.* magnitudine argenteorum tetradrachmalium. Tenui vero argentea bracteola olim obductum fuisse ostendunt superfites quædam hujus metalli reliquiæ.

28. ARSACES VOLOGESES III.

Patri Vologesi II. successit, Sanatruce Armeniæ regi bellum intulit, occiso Commodo, Pescennio favit, qui ad Parthos fugiens ab iisdem trucidatus est; sed Severus vindictam de Parthis sumsit. Mortuus autem est anno imperii 25. qui A. Chr. 213. Vaill. H. R. Parth. p. 350. Vid. Josephi Antiq. Lib. XIX. 3. p. 578.

28. Caput Regis barbati mitra ac diademate conspicui, ante caput sceptrum, ut videtur, pone vero litera Γ.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Regis Regum Bolagasis Justi, Illustris Amici Græcorum,* in area literæ ΑΝΥ. i. e. anno 451. Rex sedet in sella aurea dextram por-

* Conf. quæ paulo ante in Historia hujus Regis notavimus; Scriptores omnes uno μ. eum *Monnesen* vocant.

rigens Genio urbis stanti Capite turrato coronamque ei deferenti. Ex Museo Car. Patini in *Spanhemio* de U. N. Tom. I. p. 461. & in *Vaillanti Hist. Reg. Parth. p. 366.* *Haynii* Thes. Brit. II. p. 36. sed in hoc alia epocha sc. ΑΞΥ anno 461. & in adversa, post Regis caput, Β.

Ex Museo *Devoniensi* magnitudinis E. metal- II: 24. lum ex Arg. & Ferro mixtum.

Vologesis III. Caput ante quod sceptrum po- I: 27. ne A.

Eadem epigraphe quæ supra, nisi quod ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ultima vox desit, & idem typus, in area ΞΥ. i. e. 460. ex Museo Commendatoris à Puteo Romæ, Cl. *Vaillant Hist. Reg. Parth. p. 364.*

29. ARSACES ARTABANUS IV.

Patri successit, cum Caracalla & Macrino bella gessit, & fratrem Armeniæ regem constituit; insurgente vero contra Artabanum Artaxerxe, occisus est, anno Imperii 13. & ita finis Regni Parthici fuit, anno Chr. 226. juxta Cl. Vaill. H. R. Parth. p. 369.

Caput Regis barbati diademate cincti ante Caput literæ numerales ΑΟΥ. *Arsacid.* anno 471.

Caput muliebre turratum cum fascia oblonga vultum ejus circumvolitante ante caput litera initialis Α. ex Museo D. Baudelot, *Vaillant Hist. Regum Parth. p. 386. Æ 3.*

Caput Regis mitra & diademate ornati proluxa barba, ante caput ΠΥ. i. e. 480.

Caput muliebre turratum cum fascia regia. A. *Arsacia.* Cl. *Vaillant* ex Museo suo. *l. c. p. 387. Æ 3.*

ARTAXERXES

Perfarum Rex, qui Parthicum Imperium, victo Artabano IV. occupavit. Filius fuit *Paucii* cujusdam Persæ, coriariam exercentis. Parthicum Imperium, patris gratia, Persicum appellavit; *Arsacis tamen nomine servato*, eo, quod Arsaces primus Parthorum Rex, etiam à Persis originem se duxisse gloriaretur. Ut illorum gratiam sibi conciliaret, eorundem populorum epocham in nummis suis servavit, quasi Arfacidarum Imperium in aliam tantum familiam transisset. Vaill. l. c. p. 389.

Caput Regis barbaturum, mitra redimiculis instructa, ac diademate ornatum; pone caput litera Β.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ *Regis Arsacis Illustris;* in area ΑΟΥ. i. e. anno Arfacidarum 491. Rex sedens d. extensa ad recipiendam coronam ab adstante genio urbis sibi porrectam. Ex Thesauro Regio, *Vaillant Hist. Reg. Parth. p. 391. Argenteus M.*

SAPOR

Regis Artaxerxis filius. Valerianum Augustum vicit, captumque in Persidem abduxit, ubi ignobili servitute consenuit; quamdiu vixit, incurvato eo, pedemque cervicibus ejus imponens, Rex barbarus equum conscendere solitus est. Regnavit annis 33, decessit vero anno Æræ Arfacid. 527.

Caput Regis diademate cincti promissa barba. 2. BACI-

BACIAEΩΣ BACIAEΩN APΣAΠKOY * MEΓAΛOY, Regis Regum Arfacis magni, in area ΗΦ. i e, anno 508. Genius urbis turrato capite stans d. Coronam Regi sedenti defert. Cl. Vaillant ex suo Museo, Hist. Reg. Parth. p. 394. Æ. cum argento mixtus.

De aliis Persarum Regum nummis, Cl. Vaillant, l. c. p. 390. observat, se ingrato illos recensendi labore, ea propter superfedisse, quod eos haud ita commode comparare licuerit, eosque & non satis magnæ utilitatis esse existimaverit. Namque ii rudis adeo sunt fabricæ, ac temporum lapsu ita corruptæ eorum litteræ, ut illos vix assequi possint vel peritissimi Antiquariorum. Neque enim illi jam amplius nummi Græca gaudent epigraphæ, sed aut Parthica, aut Persica, nostris temporibus minime intellecta. Conf. v. g. seq. nummum, hac Tab. II. n. 3.

Obscuriora Regum Parthorum Numismata.

II: 3. Caput Regis barbati mitra redimiculis instructa, & diademate ornati.

Litteræ barbaræ prorsus incognitæ eodem ordine quo antea Græcæ consueverant dispositæ, in area nummi AN litteræ consociatæ forte Apameam Mesopotamiæ designantes, & typus Regis sedentis cum arcu figura. Cl. Vaillant Hist. Reg. Parth. p. 396. AR. M. ubi locus in quo aservetur non nominatur.

4. Huc referri possunt duo Numismata Æ. ex Museo auctoris, quæ in Baudeloto Tomo II. Tab. III. fig. 4. & 5. extant, ubi p. 287. sequentem in modum hos nummos descripsit: „ On peut rapporter les Medailles qu'on appelle *Dariques*, parce qu'elles avoient d'un côté la teste de Darius. On en voit d'autres qui ont un Sagittaire, v. g. in hoc nummo ubi Sagittarius in genibus, qui d. pilum, s. arcum tenet; in *aversa* vero Triremis cui nubes imminet, ubi addit: „ Vous savez à ce propos ce que dit un Orateur célèbre: *Il avoit chassé 30000 ennemis de sa patrie, parce qu'il avoit refusé 30000 Dariques*; le terme dont il se servoit, vouloit dire des *Archers*; par rapport à la figure de cette monoye. De altera addit eam ejusdem generis esse, & esse ex maxime *raris*. Vid. linea quarta hujus Tab. IIæ.

5. Vir pileo ornatus in quadrigis triumphalibus stans, & ante eum alius equos regens. Triremis, l. c. utrumque nummum argenteum esse conjicio.

6. Vir barbatus capite turrato d. hastam s. arcum tenet. Mali Medici figura. Ex Museo Eminentiss. Card. Camilli de Maximis, apud Ill. Spanhem. de Usu Num. Tom. I. p. 324. ubi hunc nummum vocat *rarissimum* & plane singularem, indeque colligit quæ supra jam monuimus. p. . . . AR. 1.

7. Caput muliebre pendentibus utrinque cincinnis. Litteræ Punicæ. Vir pileatus cum pharetra in humeris arcum tendit genu dextro innitens. Spanhem. l. c. p. 325.

* Hoc vitium, juxta Cl. Vaill. l. c. ex aspera urbis, in qua nummus percussus est, pronunciatione ortum est, ut contra ex leni pronunciatione APΣANOY, pro APΣAKOY in aliis legitur. Argumentum barbariei, quæ sensim in pronunciatione, post autem, in caractere ipso invaluit.

Eques pileatus hasta impetum faciens. Sagit. II: 8. tarius turrato capite, pharetram in humero gestat. Spanhemius de Usu Num. Tom. I. p. 453. ex Thef. Regio. ob *Pileum & turratum Capitis Tegmen* potissimum observandus, quæ Martialis & Strabo illis tribuerunt.

Nummi Arfacidarum rariores, de quibus non constat quo proprie referendi sint, ex Spanhemii Opere de Usu Num. Tom. I. p. 449. 1-6. & 458-61.

Cl. Bayerus in Hist. Edessæ p. 149. ostendit hunc nummum ad Abgarum 21. pertinere.

III. Spanh. eodem scopo protulit duos Armeniorum Regis nummos, de quibus nos quæ scopo nostro conveniunt supra ad Tab. VII. Regum Syriæ.

Arfacis III. p. . . . vid. Tab. I: 5. II: 16.

Nummus rarissimus ex Ære & argento mixtus, Musei Devonienensis in Haymii Thef. Brit. II. 36. 3. Litteræ sunt Parthicæ, quorum explicationem hætenus nemo dare potuit; unde etiam factum quod de capitibus more Parthico ornatis qui in utroque latere nummus signatus nihil pronunciare liceat.

Arfacis III. vid. Tab. I: 5. 18.

Phraatis I. Tab. I: 7. 19.

Mithridatis I. Tab. I: 6. 20.

Phraatis II. Tab. I: 7. 21.

— — — l. c. 22.

— — — 23.

Incerti cujusdam caput barbaturum thiara Parthica redimitum, cum literis Parthicis. Ara more Persico margaritis undiquaque circumpositum. Nummus ex Ferro, Ære & argento mixtus, ex Museo Devonienensi in Cl. Haymii Thef. Brit. II. p. 36. magnitudinis E.

Similis nummus editus est in Cl. Bouteroüe Recherches des Monoyes de France. p. 36.

Vologesis III. Tab. I: 27. III: 24.

ACHMÆNIDARUM HISTORIA,

Comprehendit Ponti, Bosphori, Thraciæ & Bithyniæ Reges, qui omnes ut & ipsi Arfacidæ, ad Achæmenem Heroem, Persei filium, originem referebant.

REGES PONTI.

Orditur Cl. Vaillantus à *Ponti Regibus*, quorum Historiam persequitur ab Artabaze Regni Pontici Conditor, ad mortem usque Mithridatis VI. cognomine Eupatoris qui ultimus Ponti Regum fuit. Stemma Ponti Regum ex stirpe Achæmenidarum eorumque stirps à Cl. Vaillanto in Hist. Arfacidarum Tomo II. huc traditur.

ARTABAGES

- Anonymus.
- Mithridates.
- Ariobarzanes
- Mithridates Ctisses.
- Mithridates III.
- Mithridates IV.
- Pharnaces.
- Mithridates Evergetes V.
- Mithridates Eupator VI.

Imperium Ponti l. c. dicitur stetisse 426. annis.

De Regibus Ponti præter citatum Cl. Vaillantum, insuper consulendi sunt, Rev. Harduinus in nummis Populorum; Begeri Thef. Brandeburgicus Tom. I. & III. Ill. Spanhem. de Usu & Præst. Num. Tom. I. p. 479. Liebigi Thef. Frideric. p. 133. de Mithridatis nummis.

AMASTRIS

Regina Ponti, de qua conf. Ill. Spanhem. Tom. I. de Usu Num. p. 494.

- II: 22. Caput muliebre cum tegmine singulari.
 ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ *Regina Amastris*. Figura muliebris turrito capite fellæ insidens d. victoriolam tenet. Illustr. Spanhem. de Usu Num. Tom. I. p. 494. hunc nummum singularis & eximie raritatis ex Cimeliario Augustæ Christianæ attulit, & ad ejus illustrationem citavit Lucam Holstenium in Commentario ad Stephanum.

PHARNACES.

Plerique, observante Cl. Vaillant l. c. p. 52. Nummum sequentem tetradrachmalem argenteum Pharnaci M. Mithridatis filio, perfidia sua noto potius, quam Pharnaci Eupatoris ipsius avo, adjudicarunt; at ille inter Bosphori Principes; hic in Ponti Regum serie inferendus. Nomen idem Pharnacis eis illisit, ut & non inspectum utriusque Regis Numisma. In Pontico juvenilis facies & lanugine ornata, Bosphorano qui regnum tantum post 35. annum accepit nulla ratione tribui potest. Hujus proavi Pharnacis simplex & nuda est epigraphe *Regis Pharnaci*, Regi Ponti mire conveniens; superba vero Pronepotis Regis Regum Magni Pharnaci, vesanam hujus ævi ambitionem redolet. Tandem Amisi urbis Ponticæ insignia nummo insculpta Ponti monetam arguunt.

23. Caput Regis diadematum, cum lanugine ad mentum.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΑΡΝΑΚΟΥ *Regis Pharnacis*, Bacchus muliebri habitu pedibus alatis stans, supra cujus caput fulmen; dextra demissa racemum vel flores juxta delineationem, portat, quem Tigris stans ad ejus pedes lambit; sinistra cornu copiae & caduceum gerit. In area Luna crescens cum astro. Arg. ex Cimelio M. Ducis ETRURIAE. Cl. Vaillant Hist. Reg. Parth. Tom. II. p. 52. Ill. Spanhem. de Usu Num. Tom. I. p. 481. qui nummum ad Pharnacem Mithridatis Evergetis patrem retulit. Idem extat in nummis selectis J. de Wilde, Tab. 25: 152. Arg. E.

PHARNACES II.

24. Caput Jovis Sinopæi.
 ΦΑΡΝΑΚΟΥ *Pharnacis*; aquila pedibus fulmen tenens, & monogramma Sinopem referens. Begerus Thef. Br. I. p. 271. Æ γ. *

MITHRIDATES V.

Mithridatis Eupatoris Pater à Strabone indigitatur Evergetes. Vaill. l. c. Tom. II. p. 61.

* Ad hunc Regem & Sinopenfes pertinere hunc nummum, Cl. Begerus ex nummo Goltzii colligit, qui cum hoc in typis convenit & in monogrammate loco inscript. a. habet Sinopin urbem quæ Ponti fuit.

Caput Regis laureatum & diadematum.
 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ *Regis Mithridatis Evergeti*. Serapis vel figura barbata stans Capite modio insignito, & divinitatis pallio amicta, d. aquilam s. sceptrum transversum vel palmam gerit. In area ΓΟΡ i. e. anno 173 * infra ΜΚ per monogramma conjunctæ. Cl. Vaillant. l. c. p. 61. ex Museo Card. Maximi. Arg. tetradrachmalis.

II: 25.

MITHRIDATES V. Evergetes.

Magni Pater, cognomento Evergetes & Philo-Romæus vocatus, quod Romanos bello Punico juvisset. l. c.

- Caput Regis Mithridatis Evergetis pileo turrito unionibus cincto, qui etiam Tiara dictus, ornatum. 26.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ; *Regis Mithridatis PhiloRomæi*. Clava Herculis in medio Coronæ laureæ. Begeri Thef. Br. III. p. 8. ubi rationibus contra Seguinum & Vaillantum, hunc nummum huic Regi vindicat. Conf. Ill. Spanhem. Tom. I. p. 482. Æ. B.

MITHRADATES VI.

Eupator, occiso patre Ponti regnum adeptus est, anno ætatis 11. Scytas vicit, Bosphori regnum occupavit, tandem vero, exitiali bello cum Romanis implicatus, à Pompejo victus, cum veneno assuetus, eo confici non potuisset, precibus à Bitorio impetravit ut gladio perfoderetur. Ex Vaill. Hist. R. Parth. Tom. II. p. 64-181. Vid. Jos. Ant. L. III. 3. p. 688. XIII. 14. 22. XIV: 17. B. Jud. I. 6. & 10, p. 66. & Tom. I. p. 910. 911.

In Nummis ejus est *Cervus* in medio Coronæ *bederaceæ*, quia teste Æliano assuetus fuit corporis sui custodiam non solum satellitibus, sed & cervis &c. committere, qui mansuefacti, voce sua, illum excitarent.

Corona *bederacea*, quia ipse Dionysius vocatus, ob palmam quam edacitate & bibacitate tulit, vel quod bis fulmine tactus non secus ac Bacchus incolumis evaserit. Nonnii Comm. ad Goltz. p. 316. 317. de epitheto *Dionysus* conf. quæ ex Ill. Spanhemio ad nummos Regum Macedoniae & Syriae observata sunt. Conf. Begeri Thef. Palat. 152. & Num. Paduan. è Moulireti Cab. p. 113.

De epocha in his nummis, vide, quæ supra ad nummos Mithridatis V. diximus.

Caput Mithridatis diadematum.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΓΚΣ. *Regis Mithridatis Eupatoris*, anno 223. Cervus ** stans 28.

* Hac Æra Reges Ponti post recuperatum à Mithridate II. regnum usi sunt. Ejus initium assignatur anno U. C. 448. quo, permissu Antigonis inter Alexandri duces Πρακτικότης paterno principatu, potitus est Mithridates Ariobarzani filius, unde à Luciano Cistes est appellatus. Vaill. N. R. Parth. T. II. p. 62. Rev. Harduinus statuebat, hanc epocham unam eandemque esse cum epocha Seleucidarum, sed Illustr. Spanhemius rationibus ei obviam ivit, Tom. I. p. 484 de U. N.

** Locus Æliani in prolegomenis ex Nonnii Comm. citatus, extat in Æliani H. Anim. L. VII. c. 46. Forte hoc

stans, luna falcata cum stella & duo monogrammata in medio coronæ hederaceæ. Ex Museo Com. Devon. in Haymii Thef. Brit. II. 183. Arg. E.

II: 29. Idem cum epocha ΒΚΣ, anno 222. Ex Goltzii Num. Gr. Asiæ. 4: 7. & ex Museo Vaillanti, in H. R. Parth. II. p. 183. Arg. E. qualis etiam in Spanhem. de U. N. I. 483. describitur.

30. Eadem epigraphe & typus, cum Pegaso * loco Cervi, & epocha ΒΙΣ, anno 212. Ex Thef. Reg. Gallia, in Spanhemio l. c. Arg. M. ubi & alius cum epocha ΑΚΣ. 221. in Thef. Palat. & nunc in Th. R. Bor.

In Collegio Claromontano l. c. scribitur, esse alium, cum epocha Δ, quæ annum 4. Imperii Mithridatis indicet.

In Museo Wakiano exstant pleraque superius descripta numismata, & insuper 2. alia, in quibus epochæ, ΣΚ, i. e. anno 220, & ΘΙΣ, AP, anno 219. & Æneum maximi moduli cum literis ΡΕΣ.

II: 26. * Idem cum II: 30. exstat in Thef. Saxo-Gothano, cum epocha ΘΣ, anno 209. ubi Cl. Liebius, p. 133. doctissimas observationes de nummis hujus generis in unum locum congeffit.

Idem cum II: 28. cum epocha ΘΣ. 209. Aureus ex Mus. Markiano, in Josepho, ed. Haverc. I: 41.

REGES BOSPHORI
ET
THRACIÆ.

A Ponticis Regibus Cl. Vaillant transit ad Reges Bosphori & Thraciæ. Hi octodecim numerantur, quorum primus Pharnaces III. à Pompejo M. Rex Bosphori renunciatus, ultimus vero Anonymus, filius ut putatur RHESCYPORIS tertii, quod quidem argumento est, Regnum Bosphori, quod anno Urbis Condita 691. ante N. C. 63. exordium sumferat, A. U. C. 955. finem habuisse, & 264. annis stetit.

STEMMA REGUM BOSPHORI
ex Profapia Principum Thraciæ.

Sub Trajano COTYS ININTHYMÆVUS *sub Trajano Tutore.*

Sub Hadriano RHESCYPORIS.

Sub Ant. Pio RESCYPORIS.
RHOEMETALCES.

Sub Aurelio ANONYMUS.

Sub Commodò RHESCYPORIS.
& Severo ANONYMI.

Extincta est sub Valeriano illorum progenies. Vaillant Hist. Reg. Parth. II. p. 292.

hoc typo Cervi, & altero Pegaso, Tab. II. 30. ad intensissimum venationis studium hujus Mithridatis Pontici respicitur, docet enim Franc. Patrit. Lib. 3. de Regn. tit. 6. de Mithridate Pontico, quod ΚΥΝΟ-ΥΕΥΙΣΜΑΝΙΑ adeo correptus & corruptus fuerit, ut 7. annos neque urbis neque ruris tecto usus, inter sylvas quasi errabundus vagatus fuerit. Math. Th. Hist. 87. a.

De Ponti & Bosphori Regibus
consulas Ill. Spanhemium de Usu
Num. Tom. I. p. 479.

Haud ita pridem, Actis Litt. Trivultinis An. 1749. Tom. I. p. 373 - 383. inserta fuit doctissima Epistola, quæ nomen CARY subscriptum exhibet, sur ces Medailles des Rois de Thrace & du Bosphore Cimmerien, cujus author judiciosissimus non tantum promittit Dissertationes ex quibus de his nummis certiora innotescant, si ex voto suo completam illorum nummorum collectionem dare poterit; de Æra horum Regum l. c. p. 375. sequens judicium protulit, unde de aliis ejus corallibus ὡς ἐξ ὀνομαστος, λεόνισα statuere licet. „Vaillant (inquit) a varié sur l'Ère du Bosphore: il crut d'abord qu'elle commençoit l'an de Rome 453, in notis sur les Medailles de Seguin. Il changea ensuite de sentiment, & fit commencer l'Ère de ce Royaume l'an de Rome 330, dans ses Rois de Bosphore. En partant d'un faux principe, le P. Hardouin entrevit pourtant la vérité, in Chronolog. V. T. Spanheim s'est borné à faire des objections, & n'a pris aucun parti, de Usu Num. Tom. I. p. 484. Enfin le Pere Souciet, dans une savante Dissertation, Paris, 1736. adressée à feu Mr. l'Abbé Rothelin, proposa sur l'Ère du Bosphore un nouveau Sentiment qui me parut souffrir de grandes difficultés.

Je crus prendre le parti le plus simple dans une dissertation imprimée à Paris 1744. Je fis commencer l'Ère du Bosphore avec la Monarchie — Mais je n'avois pas alors connoissance de plusieurs Medailles dont on m'a envoyé depuis la description, & sur-tout de quelques-unes très-essentielle, qui ont été nouvellement découvertes à Constantinople, & qui m'ont fait changer de sentiment. — Trouvez bon M. R. P. que je vous donne à présent une idée du Sentiment que j'embrasse aujourd'hui, & de raisons de mon changement. Deux seules Medailles d'Or des Rois du Bosphore, qui sont nouvellement entrés dans le magnifique Cabinet de M. Pellerin, suffissent pour décider la question sur l'Ère du Bosphore. Sur une de ces Medailles, on voit d'un côté la tête d'Hadrien avec les lettres ΗΚΥ, i. e. 428; au revers est la tête d'un Roi du Bosphore, avec l'inscription ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΟΤΥΟΣ. Sur l'autre Medaille, on voit la même tête d'Hadrien, & la même époque ΗΚΥ. Mais au revers, c'est un autre Roi du Bosphore, avec l'inscription ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ, il paroît donc bien certain, que dans cette année de l'Ère de Bosphore ΗΚΥ 428, un de ces deux Princes est mort & que l'autre lui a succédé. Nous voyons qu'Arrian, dans son Periple du Pont-Euxin qu'il adresse à Hadrien, donne avis à l'Empereur de la mort de Cotys. Sur les preuves de Dodwel, Dissertat. à la tête des petits Geographes, on croit que Cotys est mort vers l'an 19. du règne d'Hadrien. Dès-lors, il est facile de remonter à la première année de l'Ère du Bosphore; car cette année 19. d'Hadrien étant la 889. de Rome, si on retranche de ce dernier nombre les 428, qui sont sur